in nomine 45
no p z 1

sion . id est speculatio nomē accepit . hierusalem uocatur pro
futura pace . nam hierusalem uisio pacis interpraetatur .
Ibi enim absorta omni aduersitate pacem quae e xp̄s p̄senti
possidebit obtutu . INTERR̄ . Cur dr̄ sinagoga . & in qua
lingua dr̄ . RESP . Sinagoga grece . latine congregatio dr̄ .
INTERR̄ . quid inter est inter ecclesiam & sinogogā . RESP .
Sinagoga nomen iudaeorum populus tenuit . ipsorum enī
p̄prie sinagoga dici sol& . quā uis ecclesia dicta sit . nr̄i uero
apostoli . numquā sinagogam dixerunt . sed semper ecclesia .
siue discernendi causa . siue quod inter congregationem .
unde sinagoga & conuocationem . unde ecclesia nomen ac
cepit . distat aliquid quod scilic& congregari & pecora so
lentur . quorū & greges p̄prie dicimus . conuocare autē maius
est utentū rationem sic homines . INTERR̄ . Cur dr̄ monas
terium . RESP . monasteriū apud grecos dr̄ monas . id est
unum steriū . statio . id est solitarii habitatio . INTERR̄ .
Cur dicitur caenobium . RESP . Conpositū nomen est ex gre
co & latino . caeno enim grece . commune dr̄ . habitaculū est
plurimorum . INTER . Cur dicitur templū . RESP . Tem
plū dictū quasi tectum amplū . & templū dictū a contempla
tione . INT . quod sunt partes templi . RESP . quattuor . id est
antica portica ad occasū . sinistra ad septentrionē . dextra
ad meridiem . Unde & quando templū construebant . orientē
expectabant equinoctiale . ita ut lineae ab ortu ad occidente
misse fuerant . partes caeli dextra sinistra equalis . ut qui con
soleret ac deprecaretur rectū aspiceret orientem . INT . Cur
dicitur basilica . RES . Basilicae prius regū habitacula uocabant .
inde nomen habet . finit . IT̄ DE ECCLESIAE MINISTERIO
Ecclesiam lic& ponere in aliū locū sine certe sit . & non debet

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_485/0095